

32. Jésus leur répondit : Allez. Et étant sortis, ils entrèrent dans les pourceaux ; et aussitôt tout le troupeau courut avec impétuosité se précipiter dans la mer, et ils moururent dans les eaux.

33. Alors ceux qui les gardaient s'enfuirent ; et étant venus à la ville, ils racontèrent tout ceci et ce qui était arrivé aux possédés.

34. Aussitôt toute la ville sortit au devant de Jésus ; et l'ayant vu, ils le supplièrent de sortir de leur pays.

32. Et ait illis : Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, et ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare : et mortui sunt in aquis.

33. Pastores autem fugerunt : et venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, et de eis qui dæmonia habuerant.

34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu : et a viso eo rogabant ut transiret a finibus eorum. [a Luc. 8. 37. Marc. 5. 17.]

## CHAPITRE IX.

Paralytique guéri. Vocation de saint Matthieu. Jeune. Drap neuf. Vaisseaux vieux. Résurrection de la fille de Jaïre. L'hémorrhôisse. Guérison de deux aveugles. Possédé muet délivré. Brebis sans pasteur. Moisson. Ouvriers.

1. Jésus étant entré dans une barque, repassa le lac, et vint à sa ville.

2. Dès qu'il y fut arrivé, on lui présenta un paralytique couché sur un lit : et Jésus voyant leur foi, dit au paralytique : Mon fils, ayez confiance, vos péchés vous sont remis.

3. Aussitôt quelques-uns des scribes dirent en eux-mêmes : Cet homme blasphème.

32. *Abierunt in porcos.* Jésus leur accorda ce qu'ils demandaient : car c'était les punir de leur orgueil que de les abandonner à leurs sentiments dépravés. Le porc est d'ailleurs, chez les Orientaux, l'emblème du mauvais principe, et les Arabes donnent au démon le nom de porc.

34. *Rogabant ut transiret a finibus eorum.* Si le miracle n'avait pas été constaté, les Geraséniens se seraient soulevés contre Jésus pour se venger sur lui de la perte qu'ils venaient de faire. Mais ils sont si frappés de sa puissance, qu'ils n'osent même lui ordonner de s'en aller. Ils le prièrent de s'en aller, parce qu'ils craignaient que sa présence ne leur causât quelque nouveau dommage. L'intérêt étant leur unique passion, ils ne songèrent pas aux grâces qu'ils pouvaient tirer de lui, ils le congédièrent, comme le font encore ceux qui préfèrent les biens de ce monde aux biens à venir.

CAP. IX. — 1. *Et ascendens in naviculam.* Jésus, par un juste châtement dû à la mauvaise disposition de leur cœur, accorda aux Geraséniens ce qu'ils lui demandaient, et il les quitta. Il remonta sur la barque qui l'avait amené, et il retourna à Capharnaüm, que l'Évangéliste appelle sa ville, parce qu'il y demeurait.

3. *Hic blasphemat.* Les pharisiens avaient raison : si le Christ n'avait pas été Dieu, il au-

mitterentur, ut D. Lucas expressit, c. 8, n. 31, quasi si illuc mitterentur eodem modo quo post judicii diem essent excrucianti : alterum ut mitterentur in porcos ; quod propterea videntur petivisse, ut regionis illius incolæ damno porcorum affecti, Christum non reciperent, quam conjecturam exitus videtur confirmare ; nam n. 34 habemus : *Et viso eo rogabant eum ut transiret a finibus eorum.*

32. *Et ait illis : Ite.* Cur dæmonis postulatis annuerit Christus, multe afferuntur rationes. 1. Ut ea vexatione ejus civitatis homines ad salutem adducerentur. 2. Ut civis illos Judeos, qui contra legem carne porcina vescabantur, porcorum jactura puniret. 3. Sadduceorum causa qui spiritus negabant, ut re ipsa viderentur spiritus esse. 4. Ut qui liberati fuerant, magnitudinem beneficii agnoscerent, videntes quanta multitudine dæmonum liberati essent. 5. Ut sciremus ne in porcos quidem, nisi eo permittente, dæmones habere potestatem. 6. Ut liberati intelligerent quid ipsi passuri fuissent, nisi a Deo servati essent, cum viderent porcos simul atque dæmones in eos ingressi essent, præcipitatos in mare. 7. Ut appareret quanta ex uno homine dæmonum multitudo ejecta esset, cum totum porcorum gregem impleverit. 8. Ut ostenderetur dæmones in hominibus porcorum more viventibus libenter habitare, quæ tamen ratio mystica potius est quam litteralis. — *In mare.* In lacum Genesareth.

34. *Rogabant, ut transiret a finibus eorum.* Timentes aliis rebus suis, quia porcos amisissent. — *Transiret.* Discederet.

CAP. IX. — 1. *Transfretavit.* Trajecit lacum Genesareth. — *Civitatem suam.* Capharnaüm intelligit, quam civitatem suam dicit, quod in ea Christus frequenter habitaret.

2. *Offerebant ei paralyticum.* Per tectum in domum demissum, in qua Christus concionabatur, ut habemus ex Marc., c. 2, n. 3 ; et Luc., c. 5, n. 19. — *Fidem illorum.* Qui paralyticum offerebant. Sic propter fidem centurionis sanatus est servus illius, superiori cap. n. 8 et 13. Nec tamen dubitandum quin etiam ipse paralyticus magnam fidem habuerit. — *Confide, fili.* Bono animo esto ; plus enim quam petis impetrabis. Petis corporis, impetrabis etiam animi sanitatem. — *Remittuntur tibi peccata tua.* Ita loquitur, quia morbi originem indicare, et prius quam morbum ipsum tollere voluit. Fieri etiam potest ut ea ratione docere voluerit quid paralyticus primo loco petere debuisset.

3. *Blasphemat.* Tribuens sibi quod solius Dei est.

4. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit : Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris ?

5. Quid est facilius, dicere : Dimituntur tibi peccata tua ; an dicere : Surge, et ambula ?

6. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico : Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.

7. Et surrexit, et abiit in domum suam.

8. Videntes autem turbæ timuerunt, et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

9. Et a cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi : Sequere me. Et surgens, secutus est eum. [a Marc. 2. 14. Luc. 5. 27.]

10. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes, discumbebant cum Jesu, et discipulis ejus.

11. Et videntes pharisæi, dicebant discipulis ejus : Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester ?

12. At Jesus audiens, ait : Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.

4. Mais Jésus, connaissant ce qu'ils pensaient, leur dit : Pourquoi pensez-vous du mal de moi dans vos cœurs ?

5. Car lequel est le plus aisé de dire : Vos péchés vous sont remis, ou de dire : Levez-vous et marchez ?

6. Or afin que vous sachiez que le Fils de l'homme a sur la terre le pouvoir de remettre les péchés : Levez-vous, dit-il alors au paralytique ; emportez votre lit, et vous en allez en votre maison.

7. Le paralytique se leva, et s'en alla en sa maison.

8. Le peuple voyant ce miracle, fut rempli de crainte, et rendit gloire à Dieu de ce qu'il avait donné une telle puissance aux hommes.

9. Jésus sortant de là vit en passant un homme qui était assis au bureau des impôts, nommé Matthieu, et il lui dit : Suivez-moi. Aussitôt il se leva et le suivit.

10. Or il arriva que comme Jésus était à table dans la maison, il y vint beaucoup de publicains et de gens de mauvaise vie, qui se mirent à table avec Jésus et ses disciples.

11. Ce que voyant les pharisiens, ils dirent à ses disciples : Pourquoi votre maître mange-t-il avec des publicains et des gens de mauvaise vie ?

12. Jésus les ayant entendus, leur dit : Ce ne sont pas ceux qui se portent bien, mais ce sont les malades qui ont besoin de médecin.

rait blasphémé en s'attribuant le pouvoir de remettre les péchés. Dieu seul ayant ce pouvoir, le Christ affirme sa divinité en affirmant qu'il a le droit de commander à la nature entière dont il est l'auteur, et qu'il est le maître souverain dans l'ordre physique, comme dans l'ordre moral.

6. *Ut autem sciatis.* Les miracles de Jésus, qui montrent visiblement son empire sur le monde physique, prouvent qu'il a la même puissance sur le monde moral.

5. *Quid est facilius dicere ?* Difficilius dimittere peccata, quam corporis valetudinem restituere. Vera enim est D. Augustini sententia, tract. 72 in Joannem, difficilior esse hominem justificare, quam cælum et terram creare. Sed Dominus ita loquitur, quia fortasse dixissent pharisæi, Christum, quod non posset sanitatem corporis visibilem conferre, ad invisibilem confugisse peccatorum remissionem, facileque esse donare quod nemo a donetur cernat. Itaque hoc sensu majus est verbo sanare, quam dicere solum remissa esse peccata, hoc enim potest dicere etiam qui non facit.

6. *Ut autem sciatis.* Non enim potest falsum miraculo confirmari ; redderet enim Deus testimonium falso. — *Filius hominis habet potestatem.* Potest Christus etiam ut homo remittere peccata, non ut qualicumque homo, sed ut homo Deus. — *Surge, tolle... et vade.* Hæc tria verba ad evidentem curationis probationem Christus adjecit ; non enim poterat videri simulata et imperfecta curatio qua impotens membrorum paralyticus surrexisset, lectum in humeros sustulisset, et in domum suam portasset.

8. *Timuerunt.* Græce est, ἐβουλεύσαν, id est, admirata sunt. timuerunt timore illo qui ex magna alicujus opinione et reverentia nasci solet.

9. *In telonio.* Civitatis Capharnaï ; in loco ubi publicani vectigalia exigebant ; a τῆλος, quod vectigal significat. — *Matthæum nomine.* Dicebatur etiam Levi, ut patet ex Marc., 2, 14 ; et Luc., 5, 27 ; quod nomen erat honorificentius quam Matthæi, ut putat D. Hieronymus, qui propterea existimat modestie causa Matthæum se appellare nomine Matthæi, cum Lucas et Marcus eum Levi dicant, honestiore vocabulo. — *Secutus est eum.* Non mirum statim secutum tot auditis miraculis ; accessit etiam interna efficacis inspiratio et vocatio.

10. *In domo.* Ejusdem Matthæi, ut patet ex Marc., 2, 15 ; et Luc., 5, 29. — *Publicani.* Erant hi Judei, ut etiam Matthæus. Vide D. Hieronymi epist. 146, ad Damasum, in qua disputat contra Tertullianum existimantem hos ethnicos fuisse. *Peccatores publicani,* inquit D. Hieronymus hoc loco, *habebantur ab omnibus tanquam peccatores, quia talia officia sine peccato fieri possunt.* Existimabant etiam Judei eos qui colligebant vectigalia peccare, quia putabant Romanos injuste regnum illud tenere, et vectigalia per injuriam exigere.

11. *Videntes pharisæi.* Aderant hi ut spectatores, non ut convivæ ; publicanis enim et peccatoribus commisseri volebant.

12. *Non est opus valentibus medicus.* Propterea cum illis versor, ut animas eorum ab incredulitate et peccatis sanem. Hoc est quod dixit Ovid., lib. 3, de Ponto, Eleg. 4 :

*Firma valent per se, nullumque Machaona quarrit.  
Ad medicam dubius confugit ager opem.*

Rogatus Diogenes, cum Lacedæmoniorum laudaret instituta, cur apud eos non viveret, respondit nullum medicum cum sanis versari, sed cum ægrotis.



13. Allez donc, apprenez ce que veut dire cette parole : J'aime mieux la miséricorde que le sacrifice ; car ce sont les pécheurs, et non pas les justes, que je suis venu appeler à la pénitence.

14. Alors les disciples de Jean vinrent le trouver, et lui dirent : Pourquoi les pharisiens et nous jeûnons-nous souvent, et que vos disciples ne jeûnent point ?

15. Jésus leur répondit : Les amis de l'époux peuvent-ils être dans le deuil pendant que l'époux est avec eux ? Mais un jour viendra où l'époux leur sera ôté, et alors ils jeûneront.

16. Personne ne met une pièce de drap neuf à un vieil habit, parce que le neuf emporte une partie du vieux, et il le déchire encore davantage.

17. Et l'on ne met point non plus de vin nou-

13. *Misericordiam volo.* Les pharisiens avaient sur ce point, comme sur beaucoup d'autres, altéré l'esprit de la loi. Ils croyaient être agréables à Dieu en rompant tout commerce avec les méchants, et ils se figuraient qu'il fallait préférer les pratiques extérieures de la religion à la charité envers le prochain. Jésus enseigne le contraire, et il leur montre, par la citation d'Osée, que cette doctrine est celle de l'ancienne loi bien comprise. Mais Jésus ne dit pas que la morale doit se borner à remplir ses devoirs envers le prochain à l'exclusion des devoirs envers Dieu, car cette philanthropie est une impiété. Celui qui agit ainsi, dit le P. de Ligny, embrasse ses frères, mais il renie son père.

15. *Filii sponsi.* Cette réponse figurative est encore un trait de mœurs qui a un caractère tout à fait local. Car, pour bien comprendre cette expression, il faut entrer dans tous les détails que donne Ménochius sur la manière dont les noces se célébraient chez les Hébreux.

17. *Sed vinum novum in utres novos mittunt.* La Sagesse divine fait tout avec poids et mesure. Jésus ne livre pas immédiatement à ses Apôtres toute sa doctrine, mais il les y initie

13. *Misericordiam volo, et non sacrificium.* Desumptum est hoc testimonium ex Osee, c. 6, n. 6. Sensus est: malo misericordiam in egentes quam sacrificium; quasi dicat Christus: Si ergo misericordia etiam sacrificio, operi tam eximio, antefertur, quanto magis omnibus aliis rebus minoris momenti erit anteposenda, quantoque studio curandum erit ut peccatoribus hisce in tam gravi necessitate constitutis subveniatur! — Non enim veni vocare justos. Eos qui se justos putant, et medico opus habere non existimant, quales erant superbi pharisei. Vel sensus est, non veni se vocare justos ad penitentiam, qua nimirum non indigent. Itaque apud S. Lucam, c. 5, n. 32, dicitur: Non veni vocare justos sed peccatores, ad penitentiam. Vel sententia est: non veni vocare justos, quia nulli sunt per se justi, qui non indigeant meo adventu: Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, ad Romanos., 3, 23.

14. *Accesserunt ad eum discipuli Joannis.* S. Lucas., 5, 33, phariseos accessisse dicit, quod ita conciliari posse videtur, ut dicamus Joannis discipulos a phariseis submissos accessisse; itaque etiam pharisei non per se, sed per discipulos Joannis accesserunt. Vel certe questio ab utrisque, phariseis scilicet et discipulis Joannis, est proposita.

15. *Numquid possunt filii sponsi lugere?* Per filios sponsi apostolos intelligit, alluditque ad ritum nuptiarum; solebant enim veteres, quod etiam nunc fit, sponsum honorifice deducere, illique, cum celebrarentur nuptie, adesse et comitari, ut illa sociorum, amicorum et propinquorum frequentia nuptiis dignitatem et hilaritatem conciliaret. Hos autem novi mariti comites sponsi filios appellat Christus. In græco non est *υἱοὶ τοῦ νυμφίου*, filii sponsi, sed *υἱοὶ τοῦ νυμφεύου*; est autem *νυμφεύου*, conclave, seu thalamus nuptialis; quasi dicat, Filii thalami nuptialis, id est, amici et socii: qui familiariter adhibentur, et qui ad ipsum thalamum sponso deducunt; \* est hebraismus: sic I. Machab., 4, 2, *υἱοὶ τῆς Ἀρχαῖς*, filii Archæ, id est, Archæ custodes. — *Lugere.* Tristes esse, in sordibus et luctu versari, a cibo etiam abstinere, ut faciunt qui mesto sunt animo. — *Quamdiu cum illis est sponsus?* Dum nuptie celebrantur, importunum est jejunare, et communis aliorum lætitiæ participem non esse. Porro Christus sponsus est, cujus, ut ita dicam, sponsalia hic celebrantur, Matth., 22, 2; et 25, 1: nuptie autem in celo, ubi matrimonium quodammodo cum Ecclesia ejus sponsa consummat, Apoc., 19, 7, 9, qui tunc in thalamum suum, id est, in celum eam introducet, ubi perpetuis ejus fructus amplexibus. — *Auferet ab eis sponsus.* Per mortem crucis.

16. *Nemo autem immittit.* Vult Christus duplici hac similitudine docere genus vivendi ad discipulorum captum consuetudinem accommodandum, ne si initio præter consuetudinem cogantur jejunare, institutum deterriti derelinquant. Itaque discipulos suos vestimento utriusque veteribus, genus autem vivendi austerum et asperum, panno adhuc rudi vinoque novo comparat; estque sententia: quemadmodum panno veteri non assuitur pannus novus, qui si adjiciatur, pannus vetus magis laceratur; et quemadmodum vinum novum, aut mustum fervens non bene mittitur in utres veteres, quos facile bulliens vinum dirumpit; ita discipulis, vitæ mitiori assuetis, statim non est alia ratio severior et austerior proponenda, ne difficultati succumbant, et ab incepto cursu vitæ perfectioris resiliant. — *Commisuram.* Græce, *ἐπιβλημα*, additamentum, supplementum. Italice diceremus: *Una pezza, un taccone di panno nuovo.* — *Rudis.* Ἀργαῖος, nondum a fullone subacti. — *Tollit enim plenitudinem ejus.* Supplementum illud rigore suo tollit vestis veteris plenitudinem, id est, integritatem; illam enim lacerat.

13. Eunt autem discite quid est: a Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. [a Osee. 6. 6. Infr. 12. 7. || b I. Tim. 1. 15.]

14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: a Quare nos, et pharisei, jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant? [a Marc. 2. 18. Luc. 5. 33.]

15. Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferet ab eis sponsus: et tunc jejunabunt.

16. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus a vestimento, et pejor scissura fit.

17. Neque mittunt vinum novum in

utres veteres; alioquin rumpuntur utres et vinum effunditur, et utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo conservantur.

18. a Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, et adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet. [a Marc. 5. 22. Luc. 8. 41. 42.]

19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, et discipuli ejus.

20. a Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti ejus. [a Marc. 5. 25. Luc. 8. 43.]

21. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero.

22. At Jesus conversus, et videns eam, dixit: Confide, filia; fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora.

23. Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines et turbam tumultuantem, dicebat:

24. Recedite; non est enim mortua

veau dans de vieux vaisseaux parce que, si on le fait, les vaisseaux se rompent, le vin se répand et les vaisseaux sont perdus. Mais on met le vin nouveau dans des vaisseaux neufs; et ainsi le vin et les vaisseaux se conservent.

18. Comme il leur parlait de la sorte, un chef de synagogue l'aborda et l'adora, en disant: Seigneur, ma fille vient de mourir; venez lui imposer les mains, et elle vivra.

19. Alors Jésus se levant, le suivit avec ses disciples.

20. En même temps, une femme, qui depuis douze ans était affligée d'une perte de sang, s'approcha de lui par derrière, et toucha la frange de son vêtement.

21. Car elle se disait en elle-même: Si je puis seulement toucher son vêtement, je serai guérie.

22. Jésus se retournant alors, et la voyant, lui dit: Ma fille, ayez confiance, votre foi vous a guérie. Et depuis ce moment-là cette femme fut guérie.

23. Lorsque Jésus fut arrivé en la maison de ce chef de synagogue, et qu'il eut vu les joueurs de flûte et une troupe de gens qui faisaient grand bruit, il leur dit:

24. Retirez-vous, car cette jeune fille que vous

peu à peu, et il y a des parties qu'il met en réserve, attendant le moment où ils pourront les recevoir: Non potest portare modo. De même, sous le rapport moral, il ne leur impose pas immédiatement tous les jeûnes, toutes les austérités, et toutes les épreuves qu'ils supporteront plus tard. Il attend qu'ils aient été renouvelés par l'Esprit, et alors ils entreront dans les voies dures de la pénitence et y feront des pas de géants.

18. *Princeps unus.* Chaque Synagogue était gouvernée par un conseil ou sénat, composé de personnes graves et versées dans la loi, qui avaient à leur tête un président, qu'on appelait chef de la Synagogue (*Princeps*). Ce titre se donnait néanmoins aussi à tous les membres de ce conseil, et c'est pour cela qu'en divers endroits du Nouveau Testament il est parlé au pluriel des chefs de la Synagogue (Voy. mon *Précis de l'histoire de l'Eglise*, tom. I, pag. 420).

20. *Et tetigit fimbriam.* La robe de Jésus a donc fait un miracle. Nous verrons que les objets qui avaient appartenu aux Apôtres, ou qu'ils avaient touchés, eurent cette vertu. De là le culte des reliques.

18. *Princeps unus.* Princeps synagogæ, nomine Jairus, ut habet Lucas, 8, 41. Princeps synagogæ vocabatur, qui synagogæ præsidebat. — *Modo defuncta est.* Marcus, c. 5, n. 23, non mortuam puellam, sed in extremis fuisse dicit Lucas, c. 8, n. 42, et hæc moriebatur. Dixit mortuam esse, quia adeo male affectam reliquerat, ut jam crederet exspirasse, vel etiam a supervenientibus familiaribus extinctam audiverat. Vulgo etiam de gravissime egrotto dicitur illum mortuum esse. Quam tamen explicationem particula illa modo excludere videri possit. In græco est, ἄρτι ἐπέλευσε, quod bene verti potest, jam mortua est, ita ut certum mortis tempus non significetur, sed tantum mortuam esse. Sic italice diceremus: *La mia figlia è già morta.*

20. *Duodecim annis.* Facit hoc ad miraculi probationem, sicut quod Marcus, c. 5, n. 26, et Lucas, c. 8, n. 43, expresserunt, eam omnes suas facultates expendisse in medicos, nec quidquam profecisse. Hæc enim inveteratum et incurabilem morbum fuisse ostendunt. — *Accessit retro.* Non est ausa palam accedere, sive ex humilitate, sive pudore turpis morbi, sive quod lege Levitici, 15, 19, ab hominum consortio arceretur. Fluxum autem sanguinis, multi fluxum seminis fuisse putant, qui honestiore vocabulo fluxus sanguinis appellatus sit. Ita Chrysostomus et Theophylactus. — *Fimbriam.* Extremitatem, seu funiculum alligatum extremitati, more Hebræorum, de quo vide Numer., 15, 38; et Deut., c. 22, n. 12.

22. *At Jesus conversus, et videns eam.* Vertit se quasi ignoraret, et quereretur quis esset qui se tetigisset, ut narrat alii evangelistæ; quod ideo fecit, ut videns mulier se latere non posse, proderet sese, et miraculum ex ejus quæ beneficium acceperat ore cognosceretur. Quod autem Lucas, c. 8, n. 46, ait dixisse Christum, tetigit me aliquis; nam ego novi virtutem de me exisse, humano more locutus est, quasi de illo virtus exisset, quemadmodum solet secta vena sanguis erumpere. — *Confide, filia.* Ne time, putans mihi factum displicuisse.

23. *Tibicines.* Mos enim fuit antiquorum ut ad funera lamentatrices et tibicines adhiberentur; quare Ovidius ait 4 Pastorum:

*Cantabat mastis tibia funeribus.*

— *Turbam tumultuantem.* Frequentiam eorum qui aderant, ut funus prosequerentur, vel ut defunctæ parentes consolarentur. Vel domesticos intelligit, qui planctu et ejulatu propter mortuam puellam tumultuantur.

24. *Recedite.* Cur turbas jubet recedere, causam indicant Marcus, c. 5, n. 43; et Lucas, c. 8, n. 56. Uterque enim narrat Christum parentibus puellæ vehementer præcepisse ne quis



pleurez n'est pas morte, elle n'est qu'endormie. Et ils se moquaient de lui.

25. Mais après qu'on eût fait sortir tout ce monde, il entra dans la chambre de la fille, il la prit par la main : et la petite fille se leva.

26. Le bruit s'en répandit aussitôt dans tout le pays.

27. Comme Jésus sortait de ce lieu-là, deux aveugles le suivirent, et ils criaient, en disant : Fils de David, ayez pitié de nous !

28. Et lorsqu'il fut arrivé à la maison, ces aveugles s'approchèrent de lui, et Jésus leur dit : Croyez-vous que je puisse faire ce que vous me demandez ? Ils lui répondirent : Oui, Seigneur.

29. Alors il leur toucha les yeux, en disant : Qu'il vous soit fait selon votre foi.

30. Aussitôt leurs yeux furent ouverts : et Jésus leur défendit fortement d'en parler en leur disant : Prenez bien garde que qui que ce soit ne le sache.

31. Mais eux s'en étant allés, ils le firent connaître dans tout ce pays.

32. Après qu'ils furent sortis, on lui présenta un homme muet, possédé d'un démon.

33. Le démon ayant été chassé, le muet parla, et le peuple en fut dans l'admiration ; et ils disaient : On n'a jamais rien vu de semblable en Israël.

34. Mais les pharisiens disaient : C'est par le prince des démons qu'il chasse les démons.

27. *Miserere nostri, fili David.* Jésus voulant éprouver leur foi et leur persévérance, ne leur répondit rien durant tout le chemin.

30. *Videte ne quis sciatur.* C'est pour nous donner l'exemple de l'humilité que Jésus fait cette défense dans cette circonstance, comme dans beaucoup d'autres. Nous ne devons pas aimer que l'on publie nos vertus et nos bienfaits, et il voulait nous apprendre, par ses paroles, comme par ses préceptes, que nous devons toujours fuir l'ostentation.

33. *Nunquam apparuit sic in Israel.* Il y avait toujours eu dans le peuple de Dieu des thaumaturges. Moïse, Elie, Elisée, et les autres prophètes avaient fait de grands miracles. Mais ils ne les avaient fait que dans des cas rares ou dans des circonstances exceptionnelles. Mais le miracle est en quelque sorte de l'essence des actes de Jésus. Il le fait comme nous faisons les actions les plus naturelles, il se multiplie partout où il va, pour ainsi dire, sans mesure. On sent qu'il est l'auteur de la nature, le maître du monde, qu'il commande à tous les éléments sans effort, et que tout lui obéit.

id sciret. Propterea ergo turbam excludit, quæ continere secretum nescit. Vide quæ dicam infra, n. 30. — *Non est enim mortua puella, sed dormit.* Mortua quidem erat; sed Dominus illam dormire ait, quia tam facile poterat illam a morte quam a somno suscitare.

25. *Tenuit.* Apprehendit. Potuit solo verbo suscitare; sed manum illius tenuit, quia a patre rogatus fuerat ut illi manum imponeret.

26. *In universam terram illam.* Regionem Judææ.

27. *Fili David.* Sic Messiam appellabant. Vide infra, c. 15, n. 22; et c. 20, n. 30; et Marc., 10, 47.

30. *Comminatus est illis.* In græco est, ἐνεβριμῆσατο, cujus vocis vim Euthymius auctor græcus ita explicat in hunc locum scribens: *Interminatus est Christus cæcis, austere videlicet intuens contractis superciliis, commoto capite, veluti facere solent qui alios de continendo secreto admonent.* Videtur autem silentium imperasse ad vitandam phariseorum invidiam. Illud etiam animadversione dignum, Christum tunc tantum indixisse silentium, cum aut mortuos suscitavit, aut cæcis visum reddidit, ea fortasse de causa, quia cæteri morbi curabiles videri poterant : vitam autem et visum nemo nesciebat sine miraculo revocari non posse.

31. *Diffamaverunt.* Divulgaverunt. Non ita præceperat Christus silentium, ut peccare vellet si secus facerent. *Oportet,* inquit Euthymius, *eos qui beneficia conferunt modestia causa præcipere silentium; eos vero qui beneficium sunt affecti, prædicare beneficium propter gratitudinem:* existimaverunt ergo cæci Dominum modestie causa vulgari vetuisse quæ gesta erant, nec se peccare, si minus parerent.

32. *Mutum.* Vox græca κωφός etiam surdum significat imo potius surdum quam mutum; quanquam hæc duo conjuncta sint, ut scilicet qui surdi sunt a nativitate, etiam careant facultate loquendi, cum discere nunquam poterint quomodo voces formandæ sint. Apud Lucam, c. 11, n. 14, ipsum dæmonium *mutum* appellatur ab effectu, quia nimirum eum efficiebat mutum, quem invaserat.

33. *Sic.* Talia faciens, vel tale quiquam.

34. *In principis dæmoniorum.* Vi et imperio principis dæmoniorum, quasi cum illo Christus

puella, sed dormit. Et deridebant eum.

25. Et cum ejecta esset turba, intravit, et tenuit manum ejus. Et surrexit puella.

26. Et exiit fama hæc in universam terram illam.

27. Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes et dicentes: Miserere nostri, fili David.

28. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit ei Jesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utiq; Domine.

29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.

30. Et aperti sunt oculi eorum: et comminatus est illis Jesus, dicens: Videte ne quis sciatur.

31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa.

32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. [a *Infr.* 12. 22. *Luc.* 11. 14.]

33. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, et mirata sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel.

34. Pharisei autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones.

35. a Et circuibat Jesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum, et prædicans evangelium regni, et curans omnem languorem, et omnem infirmitatem. [a *Marc.* 6. 6.]

36. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, et jacentes sicu toves non habentes pastorem.

37. Tunc dicit discipulis suis: a Messis quidem multa, operarii autem pauci. [a *Luc.* 10. 2.]

38. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

35. Cependant Jésus parcourait toutes les villes et les bourgades, enseignant dans leurs synagogues, prêchant l'Évangile du royaume, et guérissant toutes sortes de maladies et d'infirmités.

36. Jésus voyant donc ces troupes de peuples, en eut compassion parce qu'ils étaient fatigués, et couchés par terre comme des brebis qui n'ont point de pasteur.

37. Alors il dit à ses disciples: La moisson est grande, mais il y a peu d'ouvriers.

38. Priez donc le maître de la moisson qu'il envoie des ouvriers en sa moisson.

## CHAPITRE X.

Mission des Apôtres. Instructions que Jésus leur donne. Il leur recommande le désintéressement, la patience, la confiance en Dieu. Il leur annonce les maux qu'ils auront à souffrir et la récompense qu'ils en recevront.

1. a Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, et curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem. [a *Marc.* 3. 15. *Luc.* 6. 13. et 9. 1.]

2. Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus; 3. Jacobus Zebedæi, et Joannes fra-

1. Jésus ayant appelé ses douze disciples, leur donna puissance sur les esprits impurs pour les chasser, et pour guérir toutes sortes de langueurs et d'infirmités.

2. Or voici les noms des douze apôtres. Le premier, Simon qui est appelé Pierre, et André, son frère;

3. Jacques, fils de Zébédée, et Jean, son frère,

CAP. X. — 1. *Spiritus immundorum.* Les démons sont ainsi appelés dans l'Évangile, parce qu'ils se plaisent à faire aux hommes les actions les plus honteuses et les plus dégradantes.

2. *Primus Simon.* Jésus choisit ses Apôtres, leur donna des pouvoirs particuliers, met à leur tête Simon Pierre, et constitue ainsi la base de la hiérarchie de l'Église, et de sa constitution. Ce seul fait réfute les prétentions des hérésiarques modernes, qui ont enseigné que primitivement l'égalité régnait dans l'Église entre tous les fidèles, que chacun était sa règle, son pasteur, son prêtre et son guide, et qu'il n'y avait pas de distinction entre le clergé et les fidèles, entre l'Église enseignante et l'Église enseignée.

3. *Jacobus Zebedæi.* C'était Jacques le Majeur. Le fils d'Alphée a été appelé Jacques le Mineur; c'est de lui que nous avons une épître. — *Bartholomæus.* Quelques-uns croient que c'est le même que Nathanaël, qui fut amené à Jésus par Philippe (Joan. I, 45). — *Mattheus publicanus.* Saint Matthieu l'Évangéliste se donne à lui-même ce surnom, pour relever la gloire de sa vocation.

pactum haberet. S. Lucas, 11, 15, habet: *In Beelzebub principe dæmoniorum.* Sic enim ex famoso idolo dæmonum principem appellabant. Erat enim Beelzebub nobile Accaronitarum idolum, de quo IV. Reg., c. I, n. 2 et sequentibus. Vide quæ ibi notavimus.

35. *Regni.* De regno celesti verba faciens.

36. *Vexati.* Attriti infirmitatibus et languoribus. — *Jacentes.* ἑβριμμενοι, disjecti, sparsi, neglecti; nam scribæ, pharisei et sacerdotes qui erudire debuissent, privata compendia sectabantur.

37. *Messis.* Turba populorum suscipiendo verbo et fructui ferendo apta, nisi diligentes cultores desiderarentur. — *Operarii.* Prædicatores evangelici.

CAP. X. — 1. *Spiritus immundus.* Contra spiritus immundos.

2. *Duodecim autem.* Duodecim apostolos esse voluit, ut duodecim patriarcharum figuram impleverit; et quemadmodum ex duodecim patriarchis totus judaicus populus carnaliter propagatus est, ita totus christianus populus spiritualiter ex duodecim apostolis propagaretur. — *Apostolorum.* Apostolus græcum nomen est ἀποστολος; idem significat quod latine *missus.* Non omnis autem nuntius ab aliquo missus dicitur græce apostolus, sed qui ore negotium tractat quod accepit in mandatis, qualem Latini oratorem vel legatum vocant. Ex hac autem Domini impositione factum est nomen dignitatis, officii et potestatis; sicut nomen episcopi, quod a speculando accipitur, nomen est dignitatis et potestatis. — *Primus.* Simon, Simon primus erat omnium apostolorum, non tempore, sed dignitate, quia Christi vicarius et Ecclesie caput. — *Qui dicitur Petrus.* Hostea Petrus dictus est, infra, c. 16, n. 18; sed evangelista loquitur in presenti, quia respicit tempus quando hæc litteris mandabat. Additum est, *qui dicitur Petrus,* ut a Simone Cananeo distinguatur, de quo n. 4. — *Andreas.* Petri frater, qui prior venerat ad Christum, sed Petro postponitur ut primatus Petri significetur.

3. *Jacobus Zebedæi.* Scilicet filius Additum est *Zebedæi,* ut ab altero illo Jacobo distingueretur, qui Alphaei filius erat. — *Taddæus.* Hic, ut ait Div. Hieronymus, trinomius, fuit; nam et Thaddæus, ut hoc loco, vocatus est, et Judas Jacobi frater, et Lebbæus, id est, *corcutum,* vel, ut alii interpretantur, *leuculus.*



Philippe et Barthélemi; Thomas et Matthieu le publicain; Jacques, *fils* d'Alphée, et Thaddée;

4. Simon Cananéen, et Judas Iscariote, qui est celui qui le trahit.

5. Jésus envoya ses douze, après leur avoir donné les instructions suivantes : N'allez point dans les terres des Gentils, et n'entrez point dans les villes des Samaritains :

6. Mais allez plutôt aux brebis perdues de la maison d'Israël.

7. Et partout où vous irez, prêchez, en disant que le royaume des cieux est proche.

8. Rendez la santé aux malades, ressuscitez les morts, guérissez les lépreux, chassez les démons. Donnez gratuitement ce que vous avez reçu gratuitement.

9. Ne vous mettez point en peine d'avoir de l'or ou de l'argent, ou d'autre monnaie dans votre bourse.

10. Ne préparez pour le voyage, ni sac, ni

4. *Judas Iscariotes*. Eusèbe et saint Jérôme enseignent que Judas était originaire de la tribu d'Ephraïm, et natif d'un bourg nommé Iscariote. On place ordinairement ce bourg à l'est de Sébaste, l'ancienne ville de Samarie.

5. *Præcipiens eis*. Dans le Sermon sur la montagne, Jésus a tracé les devoirs de ses disciples et nous a montré ce que serait la loi nouvelle par rapport à la loi ancienne, les progrès qu'elle ferait faire à l'humanité par ses préceptes et ses conseils. Ici Jésus adresse ses instructions à ses Apôtres, et leur détermine quels seront les devoirs de leur apostolat.

8. *Gratis accepistis gratis date*. La première vertu apostolique est le désintéressement. Nous verrons les Apôtres en donner tout à la fois le précepte et l'exemple. Le trafic des choses saintes a été appelé *simonie*, du nom du premier hérétique, Simon le magicien, qui essaya d'introduire dans l'Eglise ce vice honteux.

4. *Simon Cananæus*. Ita vocatur etiam a sancto Marco; a S. Luca dicitur *zelotes*, nam vox hebr. *cana*, zelum significat. Dicitur autem Cananæus a Cana vico Galilæe, ubi aquam Christum in vinum convertit, a quo oriundus erat. \* Potuit etiam Cananæi cognomen adeptum esse ex aliquo eventu nobis ignoto. — *Judas Iscariotes*. Iscariotem plerique dictum putant, quasi Issachariotem, quod esset ex tribu Issachar. Alii quasi *Iscarioth*, id est, vir oppidi *Corioth*, quod in tribu Juda fuisse discimus ex libro Josue, 15, 25. Alii ex quodam vico tribus Ephraim qui diceretur Iscarioth.

5. *Misit*. Ad prædicandum appropinquasse regnum cælorum, ut dicitur n. 7. — *In viam gentium*. Quæ ducit ad nationes gentium. Prohibet prædicare gentilibus, quia Judeis primum regni filii prædicari oportebat verbum Dei, Actor., 13, 46. — *In civitates Samaritanorum*. Distinguit Samaritanos a Judeis et a gentibus, quia proprie neque gentiles erant, neque Judæi, sed ex utroque mixti, judaicam religionem gentium ritibus superstitionibus miscebant.

6. *Potius ite ad oves*. Oves vocat, quia erat populus Dei peculiaris, et ejus veluti gregem quem ipse per se et per prophetas pascere dicebatur. — *Quæ perierunt*. Poterat enim usurpari illud Isaiæ: *Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit*, c. 53, n. 6.

7. *Quia appropinquavit*. Vide dicta c. 3, n. 2.

8. *Infirmos curate*. Ne parcatis miraculis, sed ea facite quotiescumque ad persuadendum, aut necessarium, aut utile esse judicabit. — *Gratis accepistis, gratis date*. Non solum monet ut avaritiam fugiant, et pro Dei donis pretium non accipiant, sed etiam probat quod maxime docuerat, nimirum debere eos miraculorum dono largiri uti; solemus enim que gratis accepimus liberalius et largius impertiri, quam que data pecunia nobis comparavimus.

9. *Neque pecuniam*. In græco est, *μὴ ἐ χρῆμα*, nec æs, id est, nec ullam aliam pecuniam; omnis enim pecunia vel ex auro, vel ex argento, vel ex ære conficiebatur. — *In zonis*. In crumenis, que in ipsis zonis olim erant, vel ex illis pendebant.

10. *Non peram*. Ad cibaria et alia ad iter opportuna secum ferenda. — *Neque duas tunicas*. Non prohibet duabus simul, si necessitas et frigus postulet, tunicis indui; sed plures habere tunicas quam ad præsentem necessitatem requirantur, ut faciunt divites, qui multas vestes in arcis repositas habent, aut certe unam in præsentem usum, alteram in futurum. — *Neque calceamenta*. Quæ scilicet totum pedem tegerent; voluit enim sandalia contentos esse, que solæ erant plantam pedis tantum munientes. Vide Marc., 6, 9. — *Neque virgam*. At Marcus, c. 6, n. 8, virgam concedit. Responderi potest Marci loco citato concedi virgam ad innitendum in via; hoc autem loco prohiberi virgam ejus ad defensionem usus esse possit, qualis esset virga ferro præfixa. Maldonatus putat evangelistas verba non numerasse, sed sensum exhibuisse. Volverunt ergo significare evangelistæ Dominum apostolis præcepisse ne quid haberent, præter ea que essent in præsentem usum necessaria. Matthæus id significavit dicens, *neque virgam*, quam aliqui etiam pauperum habent. Marcus idem significavit dicens, *sed virgam tantum*; qui enim virgam tantum habet, nihil superfluum habet, et pauperimus est. Sic Jacob se pauperem fuisse cum Jordanem transivit significare volens, ait: *In baculo meo transivi Jordanem istum*. Genes., 32, 10. — *Dignus enim est operarius cibo suo*. Quasi dicat: Ne solliciti sitis, auditores vestri necessaria vobis suppeditabunt.

ter ejus; Philippus, et Bartholomæus; Thomas, et Matthæus publicanus; Jacobus Alphæi, et Thaddæus.

4. Simon Cananæus, et Judas Iscariotes qui et tradidit eum.

5. Hos duodecim misit Jesus; præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis.

6. Sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. [a Act. 13. 46.]

7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cælorum.

8. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones ejicite: gratis accepistis, gratis date.

9. Nolite a possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: [a Marc. 6. 8. Luc. 9. 3. et 10. 4.]

10. Non peram in via, neque duas

tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.

11. In quacumque autem civitatem aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exeatis.

12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.

13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos.

14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.

15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.

16. a Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum: estote ergo pru-

deux habits, ni souliers, ni bâton; car celui qui travaille mérite qu'on le nourrisse.

11. En quelque ville ou en quelque village que vous entriez, informez-vous qui y est digne de vous recevoir; et demeurez chez lui jusqu'à ce que vous vous en alliez.

12. En entrant dans la maison, saluez-la, en disant: Que la paix soit dans cette maison.

13. Si cette maison en est digne, votre paix viendra sur elle; et si elle n'en est pas digne, votre paix reviendra à vous.

14. Lorsque quelqu'un ne voudra point vous recevoir, ni écouter vos paroles, en sortant de cette maison ou de cette ville, secouez la poussière de vos pieds.

15. Car, je vous le dis en vérité, au jour du jugement, Sodome et Gomorre seront traitées avec moins de rigueur que cette ville-là.

16. Vous voyez que je vous envoie comme des brebis au milieu des loups, soyez donc pruden-

11. *Et ibi manete*. Jésus veut qu'ils restent où ils sont descendus, pour ne pas donner lieu aux peuples, dit le P. de Carrières, de les regarder comme des personnes inconstantes et sensuelles qui recherchent les commodités de la vie. Ces instructions que Jésus adresse à ses Apôtres, sont d'ailleurs celles que l'Eglise adresse, après 18 siècles, à ses missionnaires, et à tous ceux qui ont charge d'âmes.

16. *In medio luporum*. Saint Clément dans sa II<sup>e</sup> Epître aux Corinthiens, mentionne ce fait d'après la tradition: « Quand le Seigneur, dit-il, eut prononcé cette parole, Pierre lui demanda: Mais si les loups dévorent les brebis? — Jésus lui répondit: Quand l'agneau est mort, il ne craint plus le loup. De même ne craignez pas ceux qui peuvent tuer le corps, et dont la puissance ne va pas au delà (Epist. II, ad Cor., cap. V) ».

11. *Quis in ea dignus sit*. Hieronymus interpretatur, quis dignus sit hoc a vobis accipere beneficium, ut ad illum divertatis. Alii, quis magis idoneus ut illi Evangelium annuntietur. Alii, quis bonis sit moribus, et hospitalis. Quæ omnes explicationes fere in idem recidunt. — *Donec exeatis*. Quasi dicat: Nolite hospitium mutare. Clarius hoc expressit D. Lucas: *Nolite transire de domo in domum*, c. 10, n. 7. Ratio præcepti est, ne inconstantes videantur, aut delicati, quasi propterea domum mutent, quod iis contenti non sint quæ in primo hospitio illis suppeditabantur. Vel etiam, ne priorem hospitem offendant, quasi minus dignus esset illos apud se habere.

12. *Pax huic domui*. Salutatio Hebræorum, *Pax tibi*; quibus verbis prospera omnia precantur.

13. *Si quidem fuerit illa domus digna*. Ut pacem vestram recipiat. Luc., 10, 6, dicitur: *Et si ibi fuerit filius pacis*, id est, hospes pacis amator, aut pace et prosperitate dignus. Sic *filius mortis* dicitur, qui morte dignus est. — *Veniet pax vestra super eam*. Evenient illi omnia bona, que illi pacis nomine precati estis. — *Revertetur ad vos*. Vobis eveniet quod illis precati estis. Vel potius sensus est: quæ precati fueratis illis non evenient; quod alia Scripturæ phrasi diceremus: *Verbum ad vos revertetur vacuum*, id est, sine effectu.

14. *Excutite pulverem*. Detrahitis sandaliis, et inter se, aut manu collis, aut alia simili ratione detergo et excusso pulvere. Id fieri mandat ut ostenderent se nihil cum iis commune habere velle quando et pulverem ipsorum illis relinquunt. Vel certe ut ostenderent illum ipsum pulverem, quem ex itinere collegissent, in die judicii testem contra eos futurum, qui se recipere noluissent. Solebant enim Judæi aliquid notabile facere, ut testimonium esset rei factæ. Sic lacerabant vestes, audita blasphemia, etc.

15. *Tolerabilius erit terræ Sodomorum*. In quos (presertim in Sadducæos, qui erant ejus gentis epicurei) Pentapolitanorum peccata exundaverant, cum tamen interea sanctitatem simularent et zelum religionis, revera flagrantes odio veritatis et invidia in Christum, ideoque aures obstruissent Evangelio, et evidentiâ miracula tanquam opera diaboli calumniantes, vitioque suo minus idonei redditi ad respiciendum quam Sodomitæ, ut habetur ex cap. 11, n. 23 et 24. *Si in Sodomis*, inquit, factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii quam tibi.

16. *Sicut oves*. Comparat cum ovibus, non solum quia innocentes, sed etiam quia inermes, et ab omnibus humanis pressidiis imparati mittebantur, sine sacco et pera, etc. — *In medio*. In medium. — *Luporum*. Lupos appellat omnes qui Evangelio repugnaturi erant. — *Prudentes*. Ut insidias eorum caveatis. Serpentium prudentia celebratur, quod si evadere aliqui non possint, saltem caput a vulnere intactum servare curent, reliquum vero corpus plagis expositum relinquunt. Ita nos caput nostrum qui Christus est, et ejus fidem et religionem, cum reliquorum omnium jactura custodire debemus. \* Vel respicit Christus ad serpentium acutum videndi aciem, ab Horatio etiam celebratam, cum dixit lib. 1 Serm., Sat., 3.

... Tam cernis acutum  
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius...

Prudentes pervidero dicuntur quæ sunt agenda, et prudentia mentis est oculus. — *Stimplices*. Αἰσχροί, innocentes, sinceri, ne illis ullam vobis nocendi, occasionem præbeat, vel ne injurias ulciscamini.



comme des serpents, et simples comme des colom-  
bues.

17. Mais surtout gardez-vous des hommes; car ils vous feront comparaître dans leurs assem-  
blées, et ils vous feront fouetter dans leurs syn-  
agogues;

18. Et vous serez présentés à cause de moi  
aux gouverneurs et aux rois, pour me rendre  
témoignage devant eux et devant les gentils.

19. Lors donc qu'on vous livrera à eux, ne  
vous mettez point en peine ni comment vous  
parlerez, ni de ce que vous direz; car ce que vous  
devez leur dire vous sera donné à l'heure même,

20. Parce que ce n'est pas vous qui parlez,  
mais c'est l'esprit de votre père céleste qui parle  
en vous.

21. Mais le frère livrera le frère à la mort,  
et le père, le fils; les enfants mêmes se soulève-  
ront contre leurs pères et leurs mères, et les  
feront mourir.

22. Et vous serez haïs de tous les hommes à  
cause de mon nom : mais, celui-là sera sauvé,  
qui persévérera jusqu'à la fin.

23. Lors donc qu'ils vous persécuteront dans  
une ville, fuyez dans une autre, car, je vous le  
dis en vérité, vous n'aurez pas achevé de par-  
courir toutes les villes d'Israël, que le Fils de  
l'homme viendra.

24. Le disciple n'est pas plus que le maître,  
ni l'esclave plus que son seigneur.

18. *In testimonium illis.* Εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. C'est de là qu'est venu le mot martyr. Dans tout ce discours éclate la divinité du Christ. Un homme n'aurait pas tenu à ses Apôtres un pareil langage. Il les aurait découragés par une pareille perspective. Ces paroles sont autant de prophéties qui se sont réalisées du temps des Apôtres, et qui se réalisent encore tous les jours.

21. *Tradet autem frater fratrem.* La doctrine de l'Evangile est une doctrine de paix et d'amour. Mais elle s'attaquait aux passions, aux mœurs de la multitude, et le monde ancien ne devait pas se laisser vaincre sans résister, et sa résistance devait amener d'effroyables tempêtes. Jésus l'annonce à ses disciples pour qu'ils n'en soient pas étonnés.

17. *Cavete autem ab hominibus.* Scilicet improbis, de quibus statim. — *In conciliis.* Εἰς συνέδρια, ad concilia, sive judicia sua: loquitur de tribunalibus Judæorum. Exempla non semel occurrunt, ut Act., 4, 7; 5, 27; 6, 12; et II. ad Corinth., 11, 24.

18. *Ad præsidés et ad reges.* Ad tribunalia Ethnicorum. — *In testimonium illis.* Ut illis de me constanter fortiterque patiendo testimonium præbeatis: intelligit enim non esse rem vanam, pro qua vos mori paratos viderint. Vel sensus est: ut ea res vobis adversus illos testimonium sit in die iudicii, et inexcusabiles reddat, ut nunquam dicere possint se Evangelium non audivisse.

19. *Nolite cogitare.* Scilicet anxie, sollicite et trepide. Id satis significat verbum græcum, μή μεριμνήσητε, ne sollicite cogitetis.

20. *Non enim vos estis.* Non tam vos quam spiritus patris vestri; quia non vestro, sed illius sensu consilioque respondebitis: causa enim non est vestra, sed patris mei, qui ideo vobis suggeret verba quibus utamini.

21. *Tradet autem frater fratrem.* Adeo crescet persecutorum rabies, ut nullus sit inter eos affectus, quorum diversa est fides.

22. *Eritis odio omnibus.* Scilicet improbis. — *Qui autem perseveraverit usque in finem.* Οὗ ὁ ὑπομείνας, qui autem sustinuerit, patienter tolerans. *Patientia autem opus perfectum habet.* Jacob, 1, 4, et Apoc., 2, 10, dicitur: *Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ.*

23. *Fugite in altam.* Tunc fugere vult, cum sine fidei macula, et cum ejusdem utilitate fuga iniri potest. Nam si fidei honor postulet ut vita profundatur, fugiendum non est. Quatenus liceat fugere tempore persecutionis, docet D. Thom., 2, 2, quæst. 185, art. 5; et D. August. egregie, epist. 180 ad Honoratum. — *Non consummabitis.* Non perambulabitis. Vel sensus est: fidei et evangelicæ virtutis perfectionem non adducetis. — *Civitates Israel.* Id est, Judæorum. — *Donec veniat Filius hominis.* Ad iudicium. Itaque notatur obiter incredulitas Judæorum, quibus convertendis apostoli futuri sint satis occupati, donec Filius hominis veniat.

24. *Non est discipulus super magistrum.* Quamdiu scilicet discipulus est. Vel intelligitur de solis Christi discipulis, qui nunquam magistrum equare poterunt. Vel certe non tam doctæ quales discipuli et servi esse soleant, quam quomodo se erga magistrum atque dominum suum gerere debeant; nempe sic ut non existiment se meliores quam illum conditionis esse debere.

dentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. [a Luc. 10. 3.]

17. Cavete autem ab hominibus; tradent enim vos in conciliis, et in a synagogis suis flagellabunt vos: [a Luc. 12. 11.]

18. Et ad præsidés et ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, et gentibus.

19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

20. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

21. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient.

22. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

23. Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel, donec veniat Filius hominis.

24. Non a est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. [a Luc. 6. 40. Joan. 13. 16 et 15. 20.]

25. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus; et servo, sicut dominus ejus. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt quanto magis domesticos ejus?

26. Ne ergo timueritis eos; a nihil enim est opertum, quod non revelabitur; et occultum, quod non scietur. [a Marc. 4. 22. Luc. 8. 17 et 12. 2.]

27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, prædicate super tecta.

28. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.

29. a Nonne duo passeret asse veniunt: et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? [a Act. 27. 34. II. Reg. 14. 11.]

30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.

31. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

32. a Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in cælis est. [a Marc. 8. 38. Luc. 9. 26 et 12. 8. II. Tim. 2. 12.]

33. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

34. a Nolite arbitrari quia pacem ve-

25. Il suffit au disciple d'être traité comme son maître, et à l'esclave d'être traité comme son seigneur. Si donc ils ont appelé le père de famille Bézébub, à combien plus forte raison traitent-ils de même ses domestiques!

26. Ne les craignez donc point: car il n'y a rien de caché qui ne doive être découvert, ni de secret qui ne doive être connu.

27. Dites dans la lumière ce que je vous dis dans l'obscurité, et prêchez sur le haut des maisons ce que vous aura été dit à l'oreille.

28. Et ne craignez point ceux qui tuent le corps, et qui ne peuvent tuer l'âme: mais craignez plutôt celui qui peut perdre dans l'enfer et le corps et l'âme.

29. N'est-il pas vrai que deux passereaux ne se vendent qu'une obole? et cependant il n'en tombe aucun sur la terre sans l'ordre de votre père.

30. Pour vous, qui êtes ses enfants, les cheveux mêmes de votre tête sont tous comptés.

31. Ne craignez donc point: vous valez beaucoup mieux qu'un grand nombre de passereaux.

32. Quiconque donc me confessera devant les hommes, je le confesserai aussi moi-même devant mon père qui est dans les cieux:

33. Et quiconque me renoncera devant les hommes, je le renoncerais aussi moi-même devant mon père qui est dans les cieux.

34. Ne pensez pas que je sois venu apporter

26. *Et occultum quod non scietur.* Ainsi, ajoute le P. de Carrières, la justice de votre cause, l'innocence de votre vie, la sainteté de votre doctrine, et la vérité de vos paroles, seront un jour manifestées à la face du ciel et de la terre, et vos ennemis seront confondus.

29. *Asse veniunt.* L'as est une monnaie romaine dont le poids, et par conséquent la valeur, a beaucoup varié. Il pesa d'abord une livre. Sous la première guerre punique, il fut réduit à 2 onces; sous la deuxième guerre punique, à 1 once. Au temps de la guerre des Maures, il fut seulement d'une demi-once. Sous Auguste, il équivalait à un quart d'once. Il était ainsi devenu successivement la 64<sup>e</sup> partie de son premier poids. L'as au temps de Tibère, dit M<sup>r</sup> Meignan, était la 16<sup>e</sup> partie du denier et équivalait à peu près à cinq centimes. Ainsi du temps de Jésus-Christ, on avait, d'après l'Évangéliste, deux moineaux pour un sou; ce qui est encore à peu près leur valeur actuelle (*Les Évangiles*, pag. 211).

25. *Patremfamilias.* Me qui ecclesiam guberno, qui ejus dominus sum.

26. *Quod non revelabitur.* Οὐκ ἀποκλυθησεται, quod non sit revelandum, etiam in hac vita; veritas enim quantumvis oppressa, tamen solet tandem emergere; quasi dicat: Licet vos improbi persequantur, tamen tandem virtus vestra cognoscetur.

27. *In tenebris.* Privatim, secreto. — *In lumine.* In publico et palam. — *In aure.* Secreto. — *Super tecta.* Tecta domorum in Palestina plana erant, et in iis versabantur, et confabulabantur multi simul in ea convenientes. Itaque idem est prædicare super tecta, ac prædicare in loco aliquo ubi multorum sit frequentia.

28. *Nolite timere eos.* Timor timorem pellit: timor divinitus infligendæ ultionis timorem sævitie tyrannorum, qui in corpora habent potestatem. — *In gehennam.* Scilicet mittendo.

29. *Nonne duo passeret asse veniunt.* Sensus est, passeruli minimi pretii sunt, et tamen eos divina providentia tutatur et pascit; quanto ergo potiorum curam vestri Dominus geret, qui tanto intervallo eos antecellit? Non ergo quisquam vobis vitam eripere poterit Domino invito. — *Asse.* Ἀσσαντιον, quod nomen est diminutivum, significatque *assem minutum*; quasi dicas: *terunciolum*, vel *minimum obolium*, ut explicat Euthymius. — *Sine patre vestro.* Sine patris vestri nutu et voluntate.

30. *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.* Curæ Deo sunt, ut solent quæ numerantur, aut alicui numerato commendantur.

31. *Meliores.* Pretiosiores apud Deum.

32. *Confitebitur me.* Confitebitur et profitebitur se ex meis esse.

33. *Negabo.* Ex meis esse.

34. *Non veni pacem mittere.* Pacem qualem improbi optant, qui tunc pacem se habere putant, cum possunt libere emere, vendere, commessari, et vitii, nemine prohibente, servire. — *Sed gladium.* Dissidium, sive bellum, ut scilicet mala pax solvatur; et qui me sequuntur, placitis et moribus discordant a sectatoribus mundi. Gladius hic est Evangelium, quod filios a patribus in infidelitate permanentibus diducit, nurum a socru, etc.



la paix sur la terre; je ne suis pas venu y apporter la paix, mais l'épée.

35. Car je suis venu séparer le fils d'avec le père, la fille d'avec la mère, la belle-fille d'avec la belle-mère.

36. Et ainsi l'homme qui voudra me suivre aura pour ennemis ceux de sa propre maison.

37. Celui qui aime son père ou sa mère plus que moi, n'est pas digne de moi; et celui qui aime son fils ou sa fille plus que moi, n'est pas digne de moi.

38. Celui qui ne prend pas sa croix et ne me suit pas, n'est pas digne de moi.

39. Celui qui conserve sa vie, la perdra, et celui qui perdra sa vie pour l'amour de moi, la retrouvera.

40. Celui qui vous reçoit, me reçoit; et celui qui me reçoit, reçoit celui qui m'a envoyé.

41. Celui qui reçoit un prophète en qualité de prophète, recevra la récompense du prophète; et celui qui reçoit le juste, recevra la récompense du juste.

42. Et quiconque donnera seulement à boire un verre d'eau froide à l'un de ces plus petits, parce qu'il est de mes disciples, je vous le dis en vérité, il ne sera pas privé de sa récompense.

nerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. [a Luc. 12. 51.]

35. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam:

36. a Et inimici hominis, domestici ejus. [a Mich. 7. 6.]

37. a Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. [a Luc. 14. 26.]

38. a Et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus. [a Infr. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 14. 27.]

39. a Qui invenit animam suam, perdet illam; et qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam. [a Luc. 9. 24 et 17. 33. Joan. 12. 25.]

40. a Qui recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit. [a Luc. 10. 16. Joan. 13. 20.]

41. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: et qui recipit justum in nomine justii, mercedem justii accipiet.

42. a Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. [a Marc. 9. 40.]

## CHAPITRE XI.

Jean envoie deux de ses disciples à Jésus. Eloge de Jean. Jésus et Jean rejetés par les Juifs. Villes impénitentes pires que Sodome. Sages aveuglés; simples éclairés. Joug de Jésus-Christ doux et léger.

1. Après que Jésus eût achevé de donner ces instructions à ses douze disciples, il partit de là pour aller enseigner et prêcher dans les villes.

1. Et factum est, cum consummasset Jesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret et prædicaret in civitatibus eorum.

36. *Inimici hominis, domestici ejus.* Sumptum est hoc ex Michææ, c. 7, n. 6. Domestici ab Evangelio abhorrentes inimici erunt iis qui fidem complectentur, etiam si alioqui propinqui sint, et ad eandem familiam et domum pertinentes.

37. *Qui non accipit crucem suam.* Qui meus discipulus sit, et fruatur regno meo.

38. *Qui non accipit crucem suam.* Accipere crucem est ad mortem crucis ferendam paratum esse; solebant enim qui in crucem agebantur, crucem accipere ac ferre.

39. *Qui invenit animam suam.* Is dicitur animam, id est, vitam invenire, qui Christum negando vitam conservat. — *Perdet illam.* Quia mortem æternam incurrit.

40. *Qui recipit vos, me recipit.* In legatis enim ille recipitur, et illi honor exhibetur, qui misit illos.

41. *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ.* Quia propheta est, id est, missus a me, non quia cognatus, non quia Judæus, etc. Per prophetam intelligit doctorem evangelicum.

— *Mercedem prophetæ accipiet.* Particeps erit mercedis prophetæ, vel eandem quam propheta mercedem accipiet; nam juxta legem Davidis, I. Reg., 30, 24: *Æqua enim pars erit descendenti ad prælium, et remanenti ad sarcinas.* Sic Saulus dum lapidantium Stephanum vestimenta custodiebat, illum omnium manibus lapidabat, ut non uno loco dixit Augustinus.

42. *Ex minimis istis.* Non prophetæ, aut justo, sed alicui ex minimis, vilissimis et abjectissimis. — *Calicem aquæ frigidæ.* Rem vilissimum, qualis est aqua frigida, cui calefaciende nihil industriæ aut impensæ adhibuitur. — *In nomine discipuli.* Id est, quia meus discipulus est.

CAP. XI. — 1. *Cum consummasset Jesus, præcipiens.* Cum finem fecisset præcipiendi. — *Civitatibus.* Judæorum; itaque vel relativum sine antecedente positum est, vel non ad proximum, sed ad remotum referri debet, nimirum ad in quod cap. superiori, n. 6, dictum erat: *Potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel; vel ad illud n. 23: Non consummabitis civitates Israel, etc.*

2. a Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, [a Luc. 7. 18.]

3. Ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

4. Et respondens Jesus ait illis: euntes renuntiate Joannes quæ audistis, et vidistis.

5. a Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, b pauperes evangelizantur. [a Isai. 35. 5. || b Isai. 61. 1.]

6. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.

7. a Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in deserto videre? arundinem vento agitatam? [a Luc. 7. 24.]

8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

9. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam.

CAP. XI. — 2. *Mittens duos de discipulis.* Jean était en prison. Ses disciples en apprenant les miracles de Jésus, en devinrent jaloux. Ils voyaient avec peine sa gloire éclipser celle de leur maître, que quelques-uns d'entre prenaient pour le Messie. C'est pour les détourner de ce sujet et redresser leurs dispositions que Jean les envoie à Jésus, car il savait bien qui il était.

4. *Et respondens Jesus.* Jésus entre dans le dessein de Jean; il dit à ses envoyés qu'il est le Messie, et pour les en convaincre, il cite les miracles qu'il fait, et montre que ces miracles ne sont pas autre chose que l'accomplissement des prophéties.

7. *Illis autem abeuntibus.* Quand les disciples de Jean sont partis, Jésus fait l'éloge de leur maître que, par délicatesse, il n'avait pas voulu louer en leur présence. — *Arundinem vento agitatam.* Jésus ne veut pas qu'on suppose à la suite de ce message que la foi de Jean a été ébranlée, et il rappelle à dessein la fermeté de caractère du Précurseur qui était alors détenu dans la forteresse de Machéronte, pour avoir parlé fermement à Hérode Antipas.

2. *In vinculis.* In carcere positus.

3. *Qui venturus es.* Græce, ὁ ἐρχόμενος, ille venturus, scilicet a prophetis prædictus Messias. — *An alium expectamus?* Id est, expectare debemus. Non dubitavit Joannes an Christus Messias esset; sed ideo discipulos misit, ut per occasionem hanc interrogationis, videntes Christi signa, in eum crederent.

4. *Renuntiate Joanne.* Sciebat Christus eos non Joanne, sed sibi interrogasse; noluit tamen eos prodero, ideoque dixit: *Renuntiate Joanne, etc.* — *Quæ audistis, et vidistis.* Miracula quæ a me facta esse ab iis qui viderunt audivisti, et quæ vos ipsi præsentibus conspexistis.

5. *Cæci vident.* Ἀναβλεπουν, id est, visum recipiunt. — *Evangelizantur.* Εὐαγγελίζονται quod active sumi potest et passive. Active, ut sensus sit: pauperes et abjecti homines, rudes et doctrina carentes evangelizant, id est, Evangelium prædicant. Passive, ut sensus sit: pauperibus et abjectis hominibus Evangelium prædicatur; id est, bonus illis nuntius affertur quod possessuri sint regnum cælorum.

6. *Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Offensus mea doctrina et moribus: scilicet Christus multis, illorum tamen vitio, lapis offensionis fuit. Videtur autem occulte notare discipulos Joannis, et simul indicare se illorum corda nosse.

7. *Arundinem.* Pronum arundinem. Egregium Christo testimonium dederat Joannes Baptista, cum dixit: *Ecce agnus Dei, etc.*, Joan., 1, 29; ne ergo existimarent Judæi, Joannem, legatione ad Christum missa, testimonium mutavisse, aut certe de Christo dubitare cœpisse et vacillasse, docet non esse Joannem hominem levem et similem arundini, qui temere sententiam mutet.

8. *Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum?* Joannem laudat ob asperitatem vite; quasi dicat: Qui hoc genus vite suscepit, et constanter tenuit, sane immaculatis fuit moribus et incorruptis, ideoque illius testimonium de me verax censendum, nec ipse diversis temporibus diversa sensisse credendus est. — *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* Quasi dicat: Sanctus plane est Joannes, et ab omnibus hujus vite deliciis abhorrens; si enim delicias sectari in animo habuisset, non deserta loca, sed aulas principum, et hujus sæculi potentium domos quesivisset.

9. *Sed quid existis videre? prophetam?* Hoc quidem verum est, illum esse prophetam, sed non tantum est propheta, sed ipsius etiam major prophetis. — *Etiam.* Græce est, *να*, id est, certe. — *Plus quam prophetam.* Fuit Joannes propheta, quia Christum absentem, prius quam manifestaretur, prænuntiavit: plus quam propheta vero, quia presentem vidit, quod nulli contigit veterum prophetarum; et non tantum vidit, sed presentem nondum a populo agnitus indicavit. Fuit etiam plus quam propheta, quia Christi fuit præcursor et baptizator.